

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

58.
60

Gratulationes duæ

Ad

ILLVSTRISSIMOS
PRINCIPES AC DN.

Ioannem Georgium, & Dn. Chri-
stianum, fratres &c. principes An-
haltinos, comites Ascania, Dominos
in Seruesto & Bernburgo &c. cele-
bratis nuptijs sponfas illustrissi-
mas domum deducentes

Quarum

Vna Carmine Heroico Altera Lyrico debita animi
submissione consecratur.

Per

HEINRICVM EICHEN
Bernburgensem.



Seruestæ Excudebat Bonaventura Faber.
ANNO M. D. XCV.

*In. Christy lion
vico am H 8*



DIVO IOANNI GEOR-
GIO ET DIVO CHRISTIA-
no fratribus Anhaltinis, &c,


HÆc uestris super nuptiis, principes illustrissimi,
Apollo mihi dicitur; Vos laudatores conatus
um ad illam me adigite audaciam, ut de Lauro
virtutis præmio contendere velim, quod vestræ di-
tioni ornamento, perpetuæ mihi vero glo-
riæ, Annuunt, sat est: Vos vale-
te perpetuò,

V. C.

Subiectissimus

H. Eiche,

Diuo Ioanni Georgio,

 *Vae manus ista uirum, quid uult tuba mota repente,
Adventusq; pedum, flatusq; animosus equorum?
Num Scyta, num quis Iberus erit, qui hoc agmine nostram
Voluitur in patriam, portisq; patentibus instat?*

*Ne uero, ne tanta animis praesumite bella
Vrsini: Dux uester adest, agnosco decoros
Supra hominem uultus, mellitaq; labra loquentis,
Is magnum permensus iter, ducente Iehoua,
Nunc nemora & saltus, nunc magni cornua Rheni
Visi, & exuuijs, spolijsq; superbus opimis
Fuit ad antiquam, re quauis sospite syluam.*

*Ergo redis tandem, tuag; exoptata colonis
Ora refers, placidusq; audis reddisq; loquelas.
O decus Ascaniae quae te quae causa subegit.
Longinquas tentare uias, patriaq; relicta,
Nos animas humiles nostrum te flere parentem?
Est locus ad Rhenum cui Gallicus orbis adheret,
Terra antiqua, potens armis, & germine Bacchi,
Hanc summi coluere duces, ibi creditur esse
Parnassus, magnis Dapifer cui praesidet ausis:
Hic Casimirus erat, quo non praestantior alter
Marte cedere viros, & religionis auita
Tradere saluificam per artia uulnera mentem:
Filius huic nullus, seruabat filia sedes
Filia Dorothee, cui nomen & omen adheret,
Jam matura viro, iam plenis nubilis annis.*

*Ergo uicit iter pietas, probitasq; puellae
Dorotheae, Dux almae, tuae: quis talia demens
Abnegat, aut toto gratari pectore nolit?
Ab modo se nobis prisca illa gente virago
Ostendat subito, quando bona multa Melissa*

A 2

Iter princi-
pis ad Har-
cyniam syl-
uam & Pa-
latinos.

Heidelber-
ga binertex
Parnassus.
Casimirus:
comes Pala-
tinus.
Dorothea fi-
lia Casimiri
Ascanius
ambit Do-
rotheam.

Hab

Melissus po- *Hac super explicuit, nec non patria ipsa locuta est.*
 eta lauteat. *Poscite equos, date frena, Notum præuertite cursu:*
 Aduentus *Undiq; spectandi studio, spectemini ut ipsæ,*
 sponsæ. *Matres atq; patres, pueri innuptæq; puellæ*
Portam extra ruite, & manibus date munera plenis:
Imminet en bijugis Dea conspicienda superbis,
Quam prius æthereis opibus, dein arte diserta
 Borstelius *Borstelij, fidum quem semper habebat Achatem*
 confiliarius *Ascanus, Ascanio iam vult considerare regno.*
 principis *O quam te memorem dominam? nanq; haud tibi uultus*
 Anhaltini. *Mortalis, nec enim mortali semine nata:*
Te Charides finxere manu, tibi Naiades ipsæ
In conchis peperere decus, formamq; marinis.
O felix uirtute tua, quæ dicere nostri
Magna Fovis coniux: Num te pia cura tuorum?
Num patriæ antiquæ tenet anxia cura videndi?
Non decet hoc fieri: domus hic, hic patria, & aruum est.
Hic domus, hic patria est, quæ fastis inclita gentis
 Virtus post- *Ostendet monumenta tuæ, nomenq; decusq;*
 fata super- *Carminebus patrijs ad sidera nota reclamet:*
 stes. *Hic vitæ pars magna tuæ uiget Ascanus ipse,*
Ascanus hoc nostro quo non constantior æuo,
Siue fidem spectes, seu religionis amorem.
 Familia A- *Hic tot aui generisq; viri, optatiq; parentes,*
 scanii. *Cognatiq; duces, genus alta à stirpe Deorum*
Saxonie heroes, Cimbriq; Hasiq; Quadiq;
Principis hic fratres, fratres queis grandior ætas,
Qui sat laudis habent, qui sunt duo fulmina belli
 Nauarrus *Nota Nauarræo, fama super æthera nota.*
 rex Franciæ. *O genus Ascaniæ charum, Dijs charius ipsis,*
 Ascanius or- *A quibus antiquam tanta indole & arbore gentem,*
 thodoxus. *Lustratumq; referi animum, quem lapsus ab alto*

I 2110

Inius agit Deus, & sancto sub corpore versat,
Vi se tollat humo, & magnis sublimia cæli
Miretur, crassamq; fuget de limite nubem,
Dij quibus istud opus, quorum sub numine Anhaltus,

Hunc lætum nobisq; diem, Rhenosq; profectis
Porgite, & Vrsinos fortesq; unite Leones.
Nam venit in mentem, quæ vis, quæ fata regant res:

Hic Turcæ insurgunt, ibi cernitur Italus hostis,

Hic alius: quid bella ipsis surgentia dicam?

Vimq; Flaciq; minas, & vulgi ignobilis æstus:

Tu princeps ne cede fide, sed masculus esto,

Quod minime reris pandetur, & auspice tæda

Auspiciusq; Dijs magnis superabimur ausis.

Te nunc insurgat contra vel Creticus error,

Magnus eris Theseus, Ariadnes fila secutus,

Tu nunc Amathius manicis comprehensus & arctus

Gordiacis, nodos verbi mucrone resolues.

Quas ego nunc Vrbes, quæ plaudere regna videbo

Coniugio tali: Rheni appropere Leana.

Ascana se quantis attollet gloria rebus:

Coniunctum genus hoc, magnos voluentibus annis

Parturiet proceres, per quos Rex Hiskia viuet,

Per quos nate Dei puris celebrare votis.

Jam faciet Nympha, ut nostra atria & ora resultent:

Ecquis honos, ecquæ cælo delapsa propago,

Hucce Palatinis uenit feliciter oris.

Quiq; strepunt templis nugæq; per ampla voluant

Atria dein taceant, motiq; Heroidis æstu

Vnisonaq; fide, qua pars pro parte laborat

Jngeminent plausus, Mijsiq; Quadig; sequantur:

Ecquis honos, ecquæ cælo delapsa propago

Hucce Palatinis uenit feliciter oris,

A iij

Diuo

An-
halti-
ni Ve-
sus.
Fala-
tini
Leo.

Fides Asca-
nii perpetua.

Labyrinthus
Creticus.

Theseus. Fi-
lum Ariad-
nes. Alexan-
der. Nodus

Gordius.

Fructus hu-
i9thalami 4.

I. Proles ge-
nerosa.

II. Propaga-
tio veræ do-
ctrinæ.

III. Salus sub-
ditorum.

IV. Exem-
plum princi-
pis imitan-
dum.

Diuo Christiano.
Parodia ad libri tertii carminum Ho-
rati odam tertiam.

Diuini amantem propositi virum.
Non gentium ardor lustra probantium.
Non vultus instantis pericli
 Fortune con- *Seuocet à thalamo: neq; ipse*
 iugii *Siue Asmodes, seu poma Eris improbo:*
 Asmodes. *Nec fulminantis pontificis manus.*
 Eris Papa *Nec si ipse contradicat orbis*
 Mandatum Dei. *Cælica vox adimit timorem.*
 Christianus *Hac arte princeps ille Georgius*
 princeps A- *Nixus, faces nunc attigit alteras.*
 haltinus. *Et cum sua felix recumbens,*
 Borstelius. *Dorothea, leuat omne fatum.*
 Fato connu- *Hac arte magnum te Ascaniæ Ducem*
 bia fiunt. *Christiane, sub sanctum thalami iugum*
 Sponsa Chri- *Traxere Diui, coniugantes*
 stiani ex fa- *Marti, ope Mercurij Dionem,*
 milia comi- *Atq; eloquentes te super has ratas*
 tum à Ben- *Sententias: tu prosper es, hic thorus*
 theim. *Fatalis. Ipsa à gente Benheim*
 Comites à *Tam mulier peregrina, fatum*
 Bentheimin *Hoc sentit, ut nunc destituat lares,*
 literati. *Et consecratam Pallidi, & artibus*
 Iudicium *Stirpem paternam, certa abire*
 Turcæ de *Cum domino & duce bellicoso,*
 Christiano. *Qui olim puer Turcæ fuit effero*
 Christianus *Famosus hospes: qui loca Gallia*
 militat in *Periura pugnaci Nauarro*
 Gallia. *Hæctoreis animis subegit.*

Rbenum 3

Rhenumq; fatum seditionibus
 Sedauit: & nunc protinus Arrij
 Diras, et infidum Latinum
 Romula quem peperit Chimera,
 Fure execratur: quò superas uiro
 Inire sedes, ducere calicos
 Succos, & assoribi beatis
 Agminibus dabitur Deorum.
 Nunc longus inter Benthemios licet
 Vrsuq; tractus: sponsa tamen locis
 Virisq; regnando beata.
 Nunc Domini Dominaq; tædis
 Applaudit omnis, nec sua gaudia
 Celet resultans: stet genus inclytum
 Benthemiorum, per quod acrem,
 Vrse pater, generabis Vrsu.
 Extendat Vrsus nomen in ultimam
 Germaniam: qua turbidus auocat
 Ister Scythæ nervos ab Hunnis
 Qua tumidus rigat arua Rhenus.
 Sit Vrsus auro tersior optimo
 Par optimo auro quod ualet irritas,
 Cum se dat humanos in usus,
 Terg; quaterq; subire flammæ.
 Quicumq; Christo terminus obstitit,
 Hunc tangat armis, acer in hæreses
 Quæ parte debachantur omni,
 Seu fuerit Papa, siue Turca.
 Hæc inclytis uestris ego nuptijs
 Prædico Vates, ut procures pij
 Fouæq; fidentes, auitis
 Facta domus superetis ausis.

Argentora-
 tum adiutū
 opera Chri-
 stiani.
 Christianus
 hostis hære-
 ticorum.

Tune

Deus adhuc
in Israel.

Tunc denuo Urforum magis & magis
Fortuna, & ingens fama ierabitur
Ducente Anhaltinas catervas
Numine, tempore tristicio.
Ter si resurgat quaelibet hæresis
Autore dico: ter pereat sacris
Propulsa vis armis: ter Ursus
Clamat: adhuc DEUS adstat Urso.
Non hæc iugali conueniunt thoro.
Quo Musa tendis: desine tristia
Minari & infausta ominari
Ascanio patriæ parenti.



Nov 1996

8

ULB Halle 3
002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 1996 |

VB 17

M





Gratulationes duæ

Ad

ILLVSTRISSIMOS
PRINCIPES AC DN.

Ioannem Georgium, & Dn. Christianum, fratres &c. principes Anhaltinos, comites Ascania, Dominos in Servesto & Bernburgo &c. celebratis nuptijs sponfas illustrissimas domum deducentes

Quarum

Vna Carmine Heroico Altera Lyrico debita animi
submissioe consecratur.

Per

HEINRICVM EICHEN
Bernburgensem.

Seruestæ Excudebat Bonaventura Faber.
ANNO M. D. XCV.

SS.

60

*Dr. Christy
viro cum*

